

Si quis autem, quod non^a) credimus, temerario ausu contra hoc nostrum apostolicum agere presumpserit decretum, sciat se anathematis vinculis innodatum et a regno dei alienum et cum impiis eterno supplicio deputatum. At vero qui pio amore observator huius nostri privilegii extiterit, benedictionem a misericordissimo domino deo nostro
5 consequi mereatur et vitę eterne particeps atque cum sanctis omnibus sine fine letetur. Scriptum per manum Stephani notarii, regionarii et scriniarii sanctę Romanę ecclesię, in mense aprilis et indictione decima.

Iohannes sanctę catholicę et apostolicę Romanę ecclesię presul huic decreto a nobis facto pro confirmatione subscripsi.

10 Signum domini Ottonis piissimi inperatoris.

Ego Rodaldus patriarcha sanctę Aquileiensis ecclesię interfui, consensi et subscripsi et multi alii, sicut in privilegio potest videri, subscripserunt.

7.

*Papst Johann XXIII. bestätigt auf der in der Peterskirche zu Rom in Gegenwart der Kaiser
15 Otto I. und II. unter Zustimmung von 39 Erzbischöfen und Bischöfen das von den genannten Kaisern gestiftete Bisthum Meissen und stellt dasselbe unter die unmittelbare Aufsicht des päpstlichen Stuhles.*
[Rom] St. Peter, 968 Jan. 2.

Hdschr.: *Transsumpt Perg. der Bischöfe Dietrich von Naumburg und Heinrich von Merseburg von 1250 April 2. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 4 (A) und Cop. saec. XIII. Staatsarchiv Magdeburg (B) nach Gersdorf, hat sich
20 jedoch daselbst nicht finden lassen.*

Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,5. Jaffe; Reg. Pont. 2854.

Anm.: Vergl. Einl. 170 Anm. 7, 188 Anm. 135, 192 Anm. 158. S. A. 313 Anm. 7, 348 Anm. 135, 357 Anm. 158.

Iohannes episcopus servus servorum dei. Si semper sunt concedenda, que piis
25 desiderii congruunt, quanto potissimum ea, que divini cultus prerogativa noscuntur, non sunt omnino abneganda, que sunt a largitoribus non solum poscenda, sed vi caritatis procul dubio exigenda. Habita igitur sinodo et multorum venerabilium patrum coepiscoporumque nostrorum conventu Rome in ecclesia beati Petri principis apostolorum assidentibus augustissimis imperatoribus Ottonum utrisque, anno scilicet imperii maioris sexto,
30 minoris primo, idem gloriosissimi imperatoris postulant a nobis, quatenus monasterium, quod pro remedio animarum suarum primitus construi et in honore beati Iohannis evangeliste consecrari fecerunt super ripam fluminis, cui nomen est Albia, in civitate Misna^a) sita videlicet in provincia, que dicitur Talemence, cui etiam monasterio virum venerabilem nomine Burcardum^b) honorifice prefecerunt, privilegiis apostolice sedis decoraretur, ut sub
35 iurisdictione^c) sancte ecclesie nostre, cui deo auctore presidemus, constitutum nullius alterius ecclesie dicionibus submittatur^d). Pro qua re piis desiderii faventes hac nostra auctoritate id, quod exposcitur, effectui mancipamus, interponentes tamen ea, que et ipsi principes nostri in nostris privilegiis cupiunt exponi et cunctis in Christo fidelibus mani-

6. a) fehlt.

40 7. a) Misina B. b) Burchardum B. c) iurisdictione AB. d) summittatur B.